

quam ex Peripateticorum Philosophia desum-  
pus. In quem librum B. Thomas scriptit com-  
mentarium qui haberur tom. I. operum ipsius in  
editione tum Romana, tum Venetia: in Antuer-  
piam, tome 4.

Cum rcp. ad 3. conferatur idem author dicto  
c. 17. l. i. contra gent. vbi pulchre ostendit Deum  
& materiam primam distinguere; cum unum sit  
actus purus, alterum pura potentia; non tamen  
diffire per aliquam potentiam: quia in his quae  
in nullo conuenient non est quærendum aliquid  
quo differant, sed ipsa seipso diuersa sunt.

## QUESTIO IV.

## De Dei perfectione.

## ARTICULUS I.

*Deus est  
perfectionis.*

**A**RTICULO I. docet Deus esse per-  
fectionum: partim, quia Matth. 5. dicitur,  
Estate perfecti sicut & Pater vester ca-  
rissimi perfectus es: partim, quia Deus est pri-  
mum principium in genere causæ efficientis,  
aque ita maximè ens in actu: secundum hoc  
autem dicitur aliquid esse perfectum, secundum  
quod est in actu.

Accedit quod necesse est omne imperfectum  
procedere ab aliquo perfecto; ergo primum ens  
a quo omnia alia procedunt, debet esse perfe-  
ctissimum; Deus autem est primum ens: ergo est  
perfectissimus.

Deinde, Deus in scripturâ sacrâ prædicatur vt  
solus bonus, Luc. 18. solus sanctus, I. Reg. 2. for-  
tis & misericors, solus iustus & omnipotens &  
æternus, 2. Mach. 1. solus beatus & immortalis,  
I. ad Tim. 6. ergo non tantum est perfectus, sed  
etiam perfectissimus.

Dices, Deus non est factus: ergo non est per-  
fectus. Responde cum Authore hic ad 1. lib. 1. con-  
tra gent. c. 29. & q. 2. de ver. ar. 3. ad 13. quod per-  
fectionis nomen si strictè accipiat secundum  
suam originem, non potest Deo attribui: nam  
perfectum dicitur quasi totaliter factum, quando  
scilicet potentia totaliter est ad actum reducta.  
Verum accipiendo vocabulum perfectionis non  
secundum originem, sed secundum id ad quod  
significandum fuit translatum, atque adeo secun-  
dum communem loquendi morem, propriissime  
conuenit Deo. Perfectum enim dicitur cui nihil  
debet secundum modum sua perfectionis, ait hic Be-  
atus Thomas, conformiter illis quae habet Philo-  
sophus lib. 3. Physic. textu. 63. Cui etiam confor-  
mat quod prædicto c. 29. contra gent. ait Vniuersaliter  
perfectum dicitur, cui non debet alius genus  
nobilitas. Nam Deo nullius generis nobilitas de-  
bet: consequens igitur est, quod Deus sit ens uni-  
versaliter perfectum. Ceterum cum perfectio  
bisariam dicatur, interdum pro forma rem ali-  
quam actuante, interdum pro optimo statu ef-  
fendi: hic sumitur posteriori modo: Deus enim  
ideo dicitur perfectus, quia optimo modo est, ita  
nimis ut nihil ei desit corum quae ad summam  
perfectionem possint pertinere.

## ARTICULUS II.

*Vtrum in Deo sint perfectiones omnium  
rerum.*

**V**IDEVR quod non. PRIMO, quia Apo-  
stolus loquens de statu futuro post iudicium  
I. Cor. 15. dicit quod tunc Deus erit omnis in  
omnibus: ergo tum deum futuræ sunt in Deo  
omnium rerum perfectiones.

**S**ECUNDÒ, B. Thomas in prologo super lib.  
Dionys., de diuinis nominibus: Non solum, in-  
quit, Deus non est lapsus aut sol, sed nec est talis  
vita aut essentia, qualis ab intellectu nostro con-  
cipi potest.

**R**ESPONSO affirmativa certa est. PRIMO,  
quia omne quod mouet aliquid ad perfectionem  
tanquam causa superior, prius habet in se per-  
fectionem ad quam mouet: si cut magister prius in  
se habet doctrinam, quæ alij tradat. Atqui Deus  
est causa superior quæ omnia alia mouet in suas  
perfectiones: ergo illorum omnium perfectiones  
omnes debet in se præhabere.

**S**ECUNDÒ, omne quod habet aliquam per-  
fectionem, si alia ei desit, est limitatum sub aliquo  
generi vel specie: cu ergo diuina essentia sit illi-  
mitata, nulla perfectio illi decet. Hinc Deus seip-  
sum Moysi ostensurus dicebat. Exod. 33. Offenda  
tibi omne bonum, per hoc dans intelligere, ait B.  
Tho. c. 29. l. 1. contra gent. in se omnis bonitatis  
plenitudinem esse. Idem aliae scripturae signifi-  
cant Psalm. 49. Pulchritudo agri mecum es. Psal.  
93. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui fixit  
oculum non considerat? Ita & 66. Nunquid ego qui  
alios parere facio, ipse non pariam? Ecclesiasticus 4.  
In me gratia omnis via & veritas: in me omnis  
spes vita & virtutis. Ad Rom. 11. Ex ipso, & per  
ipsum, & in ipso sunt omnia.

Idem & S. Patres assertunt, Dionys. Areop. c. 5.  
de diuinis nominibus, Amb. l. 1. Hexameron c. 4.  
August. tract. 3. in Ioan. & l. 5. de gen. ad litteram  
c. 13. & seq. Damasc. l. 1. cap. 8.

**O**bseruandum tamen est non omnes rerum  
perfectiones eodem modo esse in Deo: quasdam  
enim continet Deus formaliter, quasdam emi-  
nenter. Continet formaliter est habere in se to-  
tum illud quod est de conceptu seu ratione for-  
maliter alterius. Continet eminenter, est esse rem  
perfectiorem, ac insuper virtualiter habere quid-  
quid perfectionis reperitur in alterâ. Vnde ad  
continendum aliquid eminenter, nō satis est esse  
perfectius: cum supremus Angelus non contineat  
omnes creaturas eminenter, etiam si illi nobis  
lior ac perfectior, sed duo requiruntur. Vnum, ut  
id quod continet, sit perfectius: Alterum, vt ha-  
bit virtute quidquid est perfectionis in re con-  
tentâ. Censetur autem hoc virtute habere, quia  
potest vel rem quae contineri dicitur, producere,  
vel saltem se solo præstare omnia, quae per rem  
contentam fieri possunt.

**O**bseruandum præterea esse duplicitis generis  
perfectiones: quasdam, quae dicuntur simplices,  
sive simpliciter simplices alias, quae dicuntur per-  
fectiones secundum quid.

Perfectio simpliciter simplex dicitur, quae in  
vnoquoque melius est ipsa, quam non ipsa. Ita  
Banes & alij huc, & Suarez l. 3. de Trin. c. 10. post  
Anselmum c. 14. Monologij. Senus autem est, illa  
esse perfectiones simpliciter simplicem, quae in  
quocumque reperiatur, melius est eam ibi reperi-

*In Deo sunt  
omnium re-  
rum perfe-  
ctiones.*

*Quid si  
continere  
eminenter.*

*Quid perfe-  
ctio sim-  
pliciter  
simplex.*

quam